



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Emphyteuta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

E L E E M O S Y N A .

Eleemosynas petere, aut mendicare per Ecclesias tempore divinorum officiorum, pauperibus non licet, Pius V. Bul. 5. nec clerici possunt accipere eleemosynas ab hereticis, Greg. IX. Bul. 3.

E L E C T I O .

Primo, electio debet fieri in loco honesto, solito, omnes simul, non divisiti in uno loco, hinc sit electionem non posse fieri, si verbi gratia essent canonici, & singuli scribere votum suum, quia necesse est, ut omnes simul, vel major pars simul conveniat, Host. in sum. tit. de elect. §. ubi fieri debet, n. 4, quod nota pro monialibus, & aliis, quia datur forma.

Secundò, electus debet consentire sua electioni, sicut postulatus sua postulationi, & presentatus acceptare suam presentationem, aliter non dicit jus ad rem considerabile, per regulam Cancellariae de non de toll. sur. questio. Gem. in cap. 1. vers. oppono secundo, de postul. lib. 6. Gom. quest. 1. col. 7. ver. 1. habere locum, & ista acceptatio, seu consensus dat jus ad rem, etiam si superior dictam presentationem non admittat, idem ibidem.

Tertiò, electio superiorum regulium quomodo fiat, vide in 1. p. in ver. Abbatissa, §. 6. & in 2. p. ver. regulares, §. 7.

Quartò, an possit fieri, vel compromitti electio de certa persona determinata.

Prax. Episc. Pars II.

nata? Respondetur, quod non, quia electio debet fieri de uno ex pluribus, Gem. in c. cum expediat, quid si electores, de elect. lib. 6.

E M P H Y T E U T A .

Primo, an ex divisione emphyteuticarum rerum debeat suscipi laudemium?

Respondetur, quod sic, Cap. Tolos. q. 75. quod tamen fallit in divisione necessaria, putat duobus fratribus dividendibus hereditatem, sed illud valet in divisione, quando quis vellet vendere unam partem uni, Cap. Tolos. loc. cit. & ibi Addit.

Secundò, emphyteusis quando non appetat, an sit perpetua, aut temporalis, in dubio presumi debet perpetua, nisi aliter se habeat consuetudo, Cov. lib. 3. cap. 10. num. 4. var. resol:

E P I S C O P I .

Primo, Episcopus potest dispensare in irregularitate occulta, per c. licet, etiam si fuerit contracta culpa ipsius Episcopi, vel eo sciente, vel consentiente, vel mandante, Nav. 97. de sim. num. 12. & 13.

Secundò, Episcopus in aliena diocesi exercendo pontificalia absque licentia Ordinarij illius loci, etiam si inadvertenter hoc faciat, etiam benedicendo calicem, vel corporalia, ita Nav. conf. 12. de cler. excom. celebr. & ita intelligitur sac. Con. Trident. sess. 6. c. 5. de refor. sic suspensus.

I

Tertiò,